Fragmentarium

ministrent. fratres ut nullus indigeat petere ali
quid; Si quid tamen opus fuerit sonitus cuicumque;
signi potius petatur quam uoce; Nec praesumat
ibi aliquis de ipsa leccione. aut aliunde quic
quam requirere. ne detur occasio; nisi forte
prior pro aedificacione uoluerit. aliquid breui
ter dicere; Frater autem ebdomadarius. accipiat mix
tum priusquam incipiat legere; propter communio
nem sanctam; et ne forte graue sit ei ieiunium susti
nere. Postea autem cum coquine ebdomadariis. et ser
uitoribus reficiat; Fratres autem non per ordinem legant.
aut cantent; sed qui edificent audientes. DE
MENSURA CIBORUM.

Sufficere credimus ad refeccionem cotidianam.
tam sextae quam nonae. omnibus mensis cocta duo pul
mentaria propter diuersorum infirmitates. ut for
te qui ex uno non potuerit edere. ex alio
reficiatur; Ergo duo pulmentaria cocta. fratribus
omnibus sufficiant; Et si fuerit unde poma aut
nascencia leguminum. addatur tercium.
Panis libra una propensa sufficiat in die. siue una

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 24v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48979)